

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Voluntas z  
cum fonte primo et editione 1550

Sola interdum bona uoluntas sufficit. Cetera non prosunt si sola defuerit,

cetera quidem uita, sensus, uel appetitus, nec miserum per se faciunt, nec beatum. Alioquin et arbores ex uita et pecudes etiam ex reliquiis duobus uel miserie possent esse obnoxie, uel ydonee beatitudini quod omnino impossibile est. Communem habentes uitam cum arboribus, sensum uero et appetitum et aequa uitam cum pecoribus, id quod dicitur uoluntas nos ab utrisque discernit.

Bernardus libro de libero arbitrio.

Sola nempe interdum bona voluntas sufficit; cetera non prosunt, si sola defuerit.

Bernardus Claraeuallensis, *Liber de gratia et de libero arbitrio*, 46 (SBO 3, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.199, ll.22-23).

Quod si ex necessitate, et abque consensu propriae voluntatis, iusta iniustave fieri posset rationalis creatura, aut misera profecto esse nulla ratione deberet, aut beata penitus non posset, cui nimurum in utravis parte id deesset, quod solum in ea miseriae sive beatitudinis capax est, id est voluntas.

Cetera siquidem, quae supra memorata sunt, uita, sensus, vel appetitus, nec miserum per se faciunt, nec beatum. Alioquin et arbores ex uita, et pecudes etiam ex reliquis duobus, vel miseriae possent esse obnoxiae, vel idoneae beatitudini, quod omnino impossibile est. Communem itaque habentes uitam quidem cum arboribus, sensum uero et appetitum et aequa uitam cum pecoribus, id quod dicitur voluntas nos ab utrisque discernit.

Bernardus Claraeuallensis, *Liber de gratia et de libero arbitrio*, 4 (SBO 3, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., pp.168-9, ll.23-27, 1-2).

Voluntas sola in rationali creatura miseriae, siue beatitudinis capax est.  
caetera siquidem id est uita,  
sensus, uel appetitus nec miserum per se faciunt, nec beatum: alioquin et arbores ex uita, et pecudes etiam ex reliquis duobus, uel miseriae possent esse obnoxiae, uel idoneae beatitudini, quod omnino impossibile est, communem habentes uitam quidem cum arboribus, sensum uero et appetitum et aequa uitam cum pecoribus, id quod dicitur voluntas, nos ab utrisque discernit.

Bernardus libro de libero arbitrio.

*Flores omnium fere doctorum* (Venetiis, 1550), fol.538v.